



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 78. Gregorius pro perficienda unione Savonam petere renuit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

ius negotii processu acquisivit, ac pro-
 pterea nullatenus permittat, sibi adeo am-
 plam, tamque præsentaneam e mani-
 bus eripi occasionem, qua pacem, &
 concordiam Jesu Christi gregi nunc re-
 stituere posset, sero nimis & fortassis nullo
 amplius tempore Ecclesiæ reddendam.

Sæcul. XV.
 A.C. 1407.

§. LXXVIII.

*Gregorius pro perficienda unione
 Savonam pergere renuit.*

Pontifex pacem Ecclesiæ promovendi,
 & tempore præstituto Savonam per-
 gendi desiderium continuo simulabat, at-
 que hujus itineris occasione usus, a suæ
 obedientiæ Ecclesiis pecuniaria exigebat
 subsidia. Hunc in finem die vigesima
 tertia Aprilis generalem edidit Bullam,
 item & aliam specialem prima Junii die
 ad Henricum IV Angliæ Regem. Ve-
 rum licet eo ipso tempore Genuenses, &
 Savonenses per decretos a se Legatos om-
 nia sua Gregorio offerrent obsequia, ei-
 dem de futura pace gratulantes, imo
 licet cuncta jamjam essent optime dispo-
 sita pro celebri hocce Savonensi colloquio,
 in quo, ambo Pontifices sponte sua Pa-
 patui sese abdicare, & suorum Cardina-
 lium Collegiis novum Pontificem eligen-
 di potestatem relinquere deberent, his

G 2

tamen

Sæcul. XV.
A.C. 1407.
men nihil obstantibus, Gregorius Papa, nescio, an dominandi libidine (quæ aliunde senum animos illecebris suis fascinare potentissima est passio) an vero nimio erga consanguineos, abdicationem Pontificatus ab ipsis sub illius nomine gesti ægre ferentes, affectu excæcatus, Galliarum Legatis non easdem, quas hi speraverant, exhibebat animi propensiones. Quippe tantopere mutatus erat, ut cum ipsi, quæ Massiliæ conclusa fuerant, exhiberent, & eum ad exequenda tam religiose promissa precibus urgerent, ille præprimis Savonam adire recusat, sexcenta prætexens subterfugia, jam defectum triremium, nunc viatici indigentiam, modo consensum omnium suæ obedientiæ Nationum adhucdum expetendum, modo metum Ladislai Regis cauffatus. Præterea alios magis frivolos subjungit obtentus, quos inter præcipuus erat, quod memor eorum, quæ Galli Savonæ tunc temporis suæ potestati subditæ adversus Benedictum moliti fuissent, nec sibi ullo modo in hac urbe securitatem promittere posset. Tandem omnia, & singula motiva, quæ ad flectendum ejus animum, ut promissis staret, proponi poterant, semper pertinaci repugnantia eludebat (*).

§. LXXIX.

(*) *Immerito fractæ fidei, aut ambitionis postulatur Gregorius. Non colloquium pacis, sed locum*